



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

T.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

folùm est veniale : secus si talis diminutio
esset notabilis. cap. 18. num. 14.

TABELLIO.

TABELLIO, qui constituto sibi pu-
blico stipendio, accipit maius debito,
etiam sponte datum, peccat mortaliter.
Item accipiens aliquid pro litteris ordina-
torum, si alias habet stipendium publicum.
cap. 25. num. 54.

Tenetur restituere id, quod accepit ultra
suum stipendium taxatum : cum hac limi-
tatione, si repetatur saltem extra iudicium.
cap. 17. num. 33. 34.

Peccat mort. faciens scripturam simu-
latam, quæ in superficie apparet iusta. Non
tenetur restituere pretium pro confecta
scriptura usuraria. cap. 17. num. 276. Instru-
mentum à tabellione metu mortis factum,
rescindendum est. cap. 22. num. 51.

Peccat scienter conficiens instru-
mentum de contractu usurario. cap. 25. num. 62.
& conficiens instrumentum falsum, vel oc-
cultans instrumentum necessarium parti.
num. 53. Et conficiens in die festo absque
necessitate instrumentum, quod in alium
diem commodè posset differri. num. 54.

TA C T V S Impudici inter viros & fe-
minas reginarum mensis assistentes, vel cho-
reas

reas ducentes sunt mortales & non sunt absoluendi, nisi firmiter proponant se abstenturos ab eis. cap. 3. num. 5. lit. K. Nou. num. 22. 23. 24.

Tangentes se mutuò iuxta morem patriæ, sed ob prauam consuetudinem peccantes, non sunt absoluendi, nisi concurrant quatuor conditiones relatæ. cap. 3. num. 3. lit. E. Nou. num. 15. Et in hoc comp. tit. Absolutio. I. lit. C.

Iocose, sine malo fine, & sine aspectu, aut tactu partium impudicarum, tangere mammillas honestæ fœminæ, ducere eam per manum, aut brachium, premere manum, vellicare, brachium torquere, pedem eius suo contingere, osculari, ubi est talis consuetudo, non est mortale, nec præbet occasionem peccandi mort. cap. 14. num. 31. §. 19. lit. I. Nou. num. 42.

De tactibus impudicis sponforum de futuro, aut cuiusuis maris & fœminæ, aut coniugatorum cum periculo pollutionis, vide tit. Luxuria.

TAVRORVM

Agitatio.

PER Pium V. edita fuit extrauagans circa agitationem Taurorum in qua,
CCc 2 Qui

Quibus suis principibus Christianis, & communitatibus, seu rebus publicis praecepit sub pena excommunicationis ipso facto, ne in suis provinciis, terris, ciuitatibus, oppidis, spectacula, ubi taurorum aliarumque ferarum & bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant; militibus quoque, caterisque, aliis personis, ne cum tauris, & aliis bestijs, in praefatis spectaculis ipsi tam pedestres quam equestres congregari audeant interdicit. Quod si quis ibi mortuus fuerit, careat Ecclesiastica sepultura. Clericis quoque tam regularibus quam secularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis sub excommunicationis poena in eisdem spectaculis intersit, similiter prohibet, annullatque omnia vota, & iuramenta facta, vel facienda de taurorum agitatione. Denique mandat omnibus principibus, & Baronibus Ecclesiae Romanae feudatariis sub poena priuationis huiusmodi feudorum, reliquos vero principes Christianos hortatur in domino, & in virtute sanctae obedientiae mandat, ut in suis terris haec faciant obseruari. Patriarchis autem, Archiepiscopis, & Episcopis, & locorum Ordinariis in virtute sanctae obedientiae, sub obrestatione diuini Iudicii, & interminatione maledictionis aeternae mandat, ut in suis diocessibus has litteras sufficienter faciant publicari, & etiam sub poenis & censuris Ecclesiasticis obseruari curent.

Qua

Quæ lex potest limitari, ne procedat, quando in agitatione taurorum, vel aliarum ferarum, ita moderata, ut probabiliter credi possit, quod cessabunt notabilia nocumenta personalia, mortis, vulnerum, & id genus. Quoniam fines, qui mouerunt Pium V. fuerunt hæc inconuenientia: & cessante fine legis, cessat eius dispositio. Sed longè melius esset uti aliis ludis ad hilarandum populum. Verumtamen etiam ante Pium V. erat damnandum studium, quo aliqui magnates querebant ferocissimos tauros, qui antea in circis agitati aliquos occidissent. cap. 15. num. 18. vsque ad num. 22.

Sed aduertas, obsecro lector, quod Gregorius XIII. ad instantiam Philippi II. Regis Catholici, limitauit prædictum motum proprium, tollens excommunicationis aliarumque censurarum Ecclesiasticarum pœnas in regnis Hispaniæ, quoad laicos, fratres, milites tantum quarumcumque militiarum etiam præceptoriarum, & beneficia ipsarum militiarum obtinentes, dummodo dicti fratres non sint sacris ordinibus initiati, & agitationes taurorum festis diebus non fiant. Huius extrauagantis non meminit auctor, forte quia non venit ad eius notitiam.

TENTARE.

NE vincat tentatio aliquando necessarium est considerare nouissima. Præl. 4. num. 19.

Peccat qui tentat Deum, sumens feruentem aquam, ferrum candens, vt se purget à suspitione falsi criminis. capite II. numero 40.

De eo qui se exponit periculo mortis aut martyrio temerariè: aut nolens sumere medicamenta, vide tit. Martyrium.

Peccat mortaliter; qui facit aliquid animo experiendi diuinam potentiam, vel pietatem & cæt. vt qui vult concionari nulla præuia meditatione citra necessitatem. cap. II. num. 41.

TESTAMENTVM metu factum non valet. Præl. 6. num. 8. Et factum metu mortis rescindendum est. cap. 22. num. 51. Et per blanditias mariti, ab vxore factum valet. Præl. 6. num. 8.

De coniuge adultera an possit filiū suum spurium vocare legitimum in testamento, vide Adulterium.

Parentibus & filiis carens debet bona cognatis extremè indigentibus relinquere. cap. 26. num. 36.

Qui

Qui in Castella filium minus dignum meliorat in tertio, non peccat. num. 37. Et pater qui in testamento distribuit bona filiis, non tenetur legibus iustitiæ distributiua. num. 57.

Peccat executor non soluens debita, & inter debita computantur debita defuncti: item si non soluat legata testamenti. cap. 25. num. 65.

TESTIS.

TENETUR testificari etiam sponte, si scit suo testimonio posse liberare damnatum iniustæ mortis vel infamiæ pena. cap. 15. num. 17.

Non tamen tenetur ad testimonium ferendum, quo aliquis condemnetur, nisi quando iuridicè fuerit constrictus, etiam si accusatori periculum immineret: nisi quando accusator ideo accusat, quia tenetur in conscientia. num. 17.

Peccat si sciens testimonium suum esse necessarium, se excusat fingens partem aduersam sibi inimicam, vel latens seu absens se, ne testificetur. cap. 25. num. 41.

Qui non se offert, quando alius extreme indiget suo testimonio, peccat: non tamen tenetur restituere. Secus si iustus non testifi-

CCC 4 cetur,

cetur, & propterea aliquis suum ius amittat. num. 44. An verò in aliis casibus teneatur restituere, vide infra eod. tit.

Quando non tenetur ad testificandum, debet dicere iudici se ad respondendum non teneri interrogatis. Quòd si iudex voluerit cogere illum, debet appellare, si non timeat iudicem in eum sequiturum: & si hoc timeat, potest respondere se nihil scire, scilicet, quòd teneatur dicere. cap. 18. numer. 61. & cap. 25. numer. 43. 47.

Qui falsò testificatus est contra aliquem, ob quòd ille est in periculo mortis, debet testimonium reuocare etiam cum periculo vitæ propriæ. capite 15. numer. 17.

Tenetur restituere acceptum ob testimonium, quòd tenebatur offerre. cap. 17. n. 34. §. 1. & debet restituere danti. cap. 25. n. 45. Si verò accipit vt testificetur falsum, peccat quidem grauius, sed non tenetur restituere acceptum, sed tamen damnum inde illatum. cap. 17. num. & cap. 25. num. 45. Potest tamen accipere impensas factas in itinere, & mercedem dierum quibus se occupauit in eo, & damnum emergens, & lucrum cessans. cap. 25. num. 45.

Testis, cui semiplena probatione præcedeti præcipitur à iudice, vt veniat ad testificandum,

candum, tenetur testificari, licet non præmittat admonitionem Euangelicam, nec probare possit. cap. 17. num. 135.

Qui absque causa non paret iudici præcipienti, vt testificetur, aut denunciât talia crimina, vel delicta; peccat. c. 25. n. 46. Cause ab hoc excusantes sunt. I. Peccatum occultum, & peccator iam emendatus, aut sola correctione fraterna emendabilis probabiliter: & præmittenda est correctio, etiâsi contrarium præcipiatur. II. Defectus probationis peccati denunciandi. III. Quòd à talibus & taliter audiuit, vt ob id moueri non debeat. Aut denunciaturus talis esset, vt ob denunciationem notaretur leuis, aut suo testimonio moueret iudicem plus iusto. IV. Quoniâ ille à quo ipse audiuit, iam denunciauit. V. Nofse cum qui furatus est, vel tenet, illud retinere in recompensationem alterius tanti, vel pluris sibi debiti. VI. Quòd per solam Sacramentalem confessionem nouit. VII. Quòd per solam consultationem secretam pro consilio habendo nouit. ibid.

Tenetur aliquando restituere testis, qui iuridicè interrogatus à iudice competenti de aliquo furto, sciens tacet. vide Restitutio II. regulariter nemo tenetur se offerre in testem. num. 48.

Regulariter non debent admitti ascendentes

C C c 5

cedentes contra descendentes, nec è contra, nec vxor, nec maritus: nec libertus contra patronum. num. 48. Possunt tamen regulariter cogi in defectu aliorum testium. num. 49.

Excusatur tamen, qui timet ex testimonio sibi aliquod magnum damnum euenturum. num. 50. Testis inhabilis tunc solum est admittendus, quando non reperitur alius idoneus, nec solet interuenire communiter in huiusmodi factis. ibid.

In causa tamen hæresis non solum reliqui omnes sed etiam filius tenetur testificari contra patrem. Nec excusat respicientia delinquentis. cap. 18. num. 58. cap. 25. num. 50. Nec est seruandus ordo correctionis. cap. 24. num. 12. 13.

Qui legitime interrogatus in iudicio, negat veritatem de crimine merente confiscationem bonorum; propter quod testimonium reus absoluitur, non tenetur restituere fisco, quod ad eum perueniret, si reus damnaretur. cap. 25. num. 51.

Testatus aliquid pro affirmante illud esse verum, non tenetur restituere, quod propter id condemnatus soluit, si affirmans esset tantæ auctoritatis, cui merito posset credi. cap. 18. num. 1.

Metus mortis, quo testis falsum testificatur,

ficatur, infirmat testimonium, & excusat
testem falsum saltem à pœna ordinaria. cap.
22. num. 51.

Possumus adhibere fidem vni testī fide-
li, id est, fide digno, sed non tenemur. n. 82.

Testis vnus sufficit ad impediendum ma-
trimonium nondum contractum. num. 83.

Ad probandam simoniacam confidentiam
sufficiunt testes singulares. c. 23. num. 111.

Denuntiator habet locum vnus testis. c.
25. num. 33.

Peccat mort. qui in iudicio affirmat quod
scit falsum, vel dubitat esse verum, & tenetur
restituere. num. 40.

Timor iustus excusat à testificando, non
tamen à testificando falsum. Ibidem.

Qui bona fide testificatus est, & postea se
scit errasse, tenetur postea suum dictum re-
uocare, si reuocatio possit prodesse: potest
autem prodesse si statim se corrigat, imò etiā
ex interuallo saltem ad debilitandum pri-
mum dictū: iste enim desinit esse testis omni
exceptione maior: imò aliquādo creditur se-
cūdo dicto, & non primo: vt quando attentis
circumstantiis præsumitur reuocasse primum
testimonium, non per subornationem, sed sti-
mulo conscientiae. c. 25. num. 40. Si propter
magnam negligentiam testificatur falsum,
peccat mort. & tenetur restituere. num. 40.

de te

de teste qui tenetur restituere, vide etiã tit. damnus. §. de participante in damno dato.

T H E S A V R V S est pecunia sub terra vel alibi abscondita, vetustiori tempore, cuius Dominus ignoratur, & de eius occultatione nulla est memoria. cap. 17. num. 172. Vide Restitutio. quoad inuenta.

T I T V L V S, licet malus, aliquando tamen sufficit ad validitatem absolutionis. ca. 9. n. 8. & 11.

Si præcessit titulus bonus, & omissio talis tituli non est notoria, absolutio data virtute talis potestatis valida est. ibidem.

Titulus, quo aliquid ob maleficium datur, est ipso iure nullus. cap. 17. num. 31.

T O N S V R A.

L I C E T insigniri prima tonsura sine animo ulterius ascendendi. cap. 25. n. 108.

Peccat mort. sacris initiatus non deferens tonsuram, idem de monacho: secus de clerico in minoribus constituto. Nouo cap. 25. num. 110. §. 33. vide tit. clericus lit. C.

T O R N E A M E N T V M. Vide Hastiludium.

T R A N S A C T I O non valet in foro conscientie, si non fiat liberè, quamvis metus non sit tantus, vt sufficiat ad eam inuandam in

dam in foro exteriori. cap. 17. num. 4.

TRIBVTVM, vide vectigal.

TRIEMIS. Remigantes in triremibus Turcarum contra Christianos, etiam si id faciant metu mortis, peccant mort. non tamen incurrunt octauam excommunicationem bullæ cœnæ. cap. 27. num. 63. vide tit. Excommunicatio. V l. §. r.

TUTELA. Tutor est, qui præficitur pupillo, minori duodecim annorū, si est femina: & quatuordecim, si est vir; ad protegendā eius personā & bona. Curator præficitur minori viginti quinque annorum: & etiam furioso, vel prodigo in administrandis eius bonis: & vterque debet iurare se rectè functuros suo officio. c. 25. num. 66.

Peccat tutor non conseruans & defendens bona pupilli, & qui bona infructifera non conuertit in bona fructifera, cum obligatione restituendi, & qui notabiliter est negligens circa bona pupilli educationem in moribus. ibid.

Et qui dedit bona pupilli ad lucrum iniustum cum obligatione restituendi, si pupillus non restituerit: potest tamen secretò accipere ex bonis pupilli. num. 6. & 7.

Mulier post secundas nuptias, vel post stuprum fungens tutela, peccat. ibidem.

TYRAN

TYRANNVS.

NON peccat qui petit à tyranno administrationem iustitiæ, vel beneficium, vel gratiam aliquam honestam. cap. 14. num. 31. lit. H. Nouo num. 41. Licet optare mortem tyranno, quando non est aliud remedium. cap. 15. num. 10.

VANA GLORIA.

VANA gloria est vitium inclinans ad inordinatum appetitum gloria. Cuius filie sunt Iactantia, Inuentio nouitatum Hypocrisis, Pertinacia, Discordia, Contentio, & Inobedientia. c. 23. n. 10. & 11.

Præsumptio est vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum, qua vires vel merita excedunt. Ambitio est inclinans ad inordinatum appetitum honoris. Ibidem.

Peccat mort. qui appetit gloriam, vel laudem, de aliquo peccato mortali. nu. 12. & 15. Et qui laudat se, vel alium de re mortaliter mala, vera, vel falsa. Idem de eo, qui falso laudatus, aduertens inde damnum aliquod notabile sequuturum, non contradicit saltem quantum ad obuiandum damnum oportet. num. 13.

Non